

ut si de aliquo dubitatur an sit liber sic in uel censu uel testamento
 uel in dicta manu missum esse monstramus liber ostensus est
 atque alia parte serant danda libertas. uel rursus si dubita-
 tur an sit domus quod enim uisus conspicitur dicimus quod non est
 nam tectum ei uel parietes uel fundamenta desunt ab una
 rursus parte factum est argumentum oportet aut non solum
 in substantia uerum etiam in modo temporibus quantitatibus
 totum parat respicere. idem quod dicimus aliquando in tem-
 pore patet. Rursus si simpliciter aliquid proponamus in modo
 totum est sic in adiectione aliqua pars fit in modo tunc si
 dicamus in quantitate totum diximus si aliquid quantitas
 excerpimus quantitas ponimus partem. eodem modo & in loco
 quod ubique est totum est. quod alibi pars. horum autem omni-
 um communiter dantur exempla a toto ad partem secundum
 tempus si dicitur semper est & nunc est a parte ad totum secundum
 modum si animal aliquo modo mouetur & simpliciter moue-
 tur aut cum irascitur uniuersaliter igitur & simpliciter moue-
 tur. rursus a toto ad partes in quantitate si uerus in omnibus
 apollouates erumenim pvirthum romanos superare.

Rursus in loco si dicitur ubique est & hic igitur est.

Sequitur locus qui nuncupatur axis

Sunt uero causae plures quae uel principium praefant motus